



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 22. Senensis Urbs Cæsari reddita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI. admodum pernicioſo ſeſe implicare sta-
A.C. 1555. tuit.

Præprimis ergo indignationem ſuam in Columnenes, ac Vitellios Domui Austriae addictiſſimos eo fine effundebat, ut duas haſce familias Gallis oppido adverſas vel ſubigeret, aut ſi poſſet, omnino deleret, nam non ſolum eorum, qui ſibi amicitia junctos perſequabantur, cruciatibus delectari cupiebat, ſed etiam opportunitatem nancisci volebat, qua Gallis magis adhuc luculenta amicitiae ſuæ ſpecimina exhibere poſſet.

§. XXII.

Senensis urbs Cæſari reddita.

Jam Pontificiæ indignationis obtentum percipiamus: cum enim annona in dies in Senensi urbe deficeret, civesque ulterius obſidionis impetum fuſtinendo impares eſſent, tandem die vigefima prima Aprilis deditio paſtis hiſce conditionibus facta eſt I. Cæſar civitatem, ac rempublicam Senenſium in ſuam, & Imperii fidem accipiat, ſalva libertate, ac Magistratum antiqua auſtoritate: II. prætorum oblivio inducatur, III. cives ſuis bonis, ac dignitati reſtituantur, liceret tam en iis, qui velint, vel ſolis, vel cum omni familia inde migrare, & quo videbitur, proficiſci; IV. ad tuendam, & conſervandam

dam Urbem Cæsari jus sit , quantum velit Sæcul. XVI.
 præsidium ex quacunque natione imponere, A.C. 1555.
 quod suis sumptibus alere teneatur , ita
 tamen, ut nonnisi de civium consensu arcem
 in civitate novam exstruat, aut dirutam in-
 stauret; V. propugnacula ad Urbem duran-
 te obſidione , aut antea extructa ſtatim poſt
 deditioñem , & introductum præſidium di-
 ruantur ; VI. Cæſari liceat reipublicam
 arbitrio ſuo conſtituere, juxta montium , &
 regionum ordinem in republica haſtenus re-
 ceptum , ſalva tamen Praefecti Urbis, Sena-
 tus & Magistratum tam urbanorum,
 quam extra urbem auſtoritate, immunitati-
 bus, ac privilegiis : VII. liberum ſit Mont-
 luco , ceterisque Gallis ducibus, ac militi-
 bus, necnon Italis , qui eorum partes ſecuti
 erant, inde exire cum armis, signis expli-
 catis, tympanis , ceteroque belli instrumento,
 & omnibus impedimentis ; VIII. cautum,
 ne eo beneficio uti poſſint, quos exules, &
 rebelles Cæſar, ac Coſmas appellabant.

Attamen poſtremum hunc articu-
 lum Montlucus immutari voluit, ac
 proin unaomnes æquali jure de urbe
 exeundi facultatem obtinebant, ſeque
 ad Ilcini montem recipiebant, ubi Se-
 nenes, qui patriam ſuam reliquerant,
 ſub Regis Franciæ auſpiciis Rempubli-
 cam conſtituto etiam Senatu erexerant:
 Montlucus vero Maſſilia ſolvit, ac in

P 2 Gal-

Sæcul. XVI. Gallias delatus Ordinis Sancti Michae-
A.C. 1555. lis insignibus fuit decoratus (*).

§. XXIII.

Belli a Papa inchoati occasio.

Thu. l. 16. Postquam Sanflorianus Comes Sfortia-
Pallav. l. 13. næ familiæ caput Senensem urbem
c. 14. n. 6. & 7. Cæsari redditam, indeque Gallorum vi-
res in Italia admodum inclinatas cerne-
ret, ambos fratres suos a Franciæ signis
abstraxit. Hos inter Carolus, qui Mas-
siliæ tres triremes optime instructas te-
nebat, præprimis petebat, ut, priusquam
a Regis obsequio discederet, duas sal-
tem triremes in quemdam Cæsaris
portum posset adducere, ne nudus, &
inermis ad eum transiisse videretur. Id
ut sine suspicione perficeret, Centum-
cellas Pontificiæ ditionis oppidum eas
evocaverat, quæ illinc mox Regis per-
missu, & Nicolai Alemanni ductu, cui
illas Rex commendaverat, appulsæ sunt.
Quamprimum igitur hæ triremes ad-
venerant, mox Alexander Caroli frater,
cum istas ab eodem se emisse diceret,
dejectis inde Gallis illas sui juris fecit,
neque

(*) Ecce ! quantam ab alto Continuator
repetere cogatur cauſam, ut Pontificem inju-
ſte Cæsari indignatum depingere posset; non
enim ipſi placuit genuina ratio a Pallavicino
lib. 13. cap. 14. n. 2. & ſequentibus allata.